



Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

XIV. Parochi Viennenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

Fabianensi. Atque ab eo tempore in Fabianis, vix prædij frequentiam ex tanta barbaricarum nationum depopulatione retinente municipio, suos Archidiaconos Batauiensis alere cœperunt, de quibus superiori Capite pauca quædam adiecit. Et demum sub annū Salutis nostræ 1144. cum Henricus primus dux Austriæ, omnibus sanctis in Fabianis ædem posuisset, à Reinberto tum Batauiensi Episcopo consecratam, parochi primi in Fabianis, quæ iam prima syllaba detracta Vienna & Biana nuncupabatur, constitui cœpi sunt. Quorum hæc fere nomina deprehendimus:

CATALOGVS PAROCHORVM

Viennensium.

Eberhardus parochus in recens posito omnium sanctorum augustiori paulo quam cætera erant templo, à Reinberto Batauiensi Episcopo constituitur, anno Salutis nostræ 1140.

Barcardus, præposituræ Batauiensi adiecit parochiam Viennensem, anno Domini 1160.

Sigehardus, vt Canonicus Batauiensis, parochum Viennensem egit anno Domini 1210.

Petrus, Magisterij dignitate insignitus, ex parochia Viennensi Batauiensis creatur Episcopus, in publico Viennæ habito concilio, anno 1266.

Gerhardus, magisterij item gradu præditus, vt parochus Viennensis, monasterium ad Cœli portas Viennæ, & Xenodochium in Clagnpauum extra urbem exorsus est, anno Domini 1270.

Bernhardus Bramboekh, vt parochus Viennensis, in Batauiensem eligitur Episcopum, anno 1280.

Gotofridus, præposituræ Batauiensi Viennensem adiecit parochiam, anno Salutis nostræ 1310.

Pollio quispiam, vltimus parochus Viennensis, in omnium Sanctorum templo, quod iam à Batauiensis diœ-

cessis patrono, diui Stephani nomen adsciuerat, in humanis adhuc erat anno 1350.

Horum itaq; ductu, cum Christiana religio ita Wien-
næ excreuisset, vt non solum templum auctius, sed res ec-
clesiastica indies magis magisq; locupletaretur, Rudol-
phus hoc nomine tertius Austriae Archidux, Cathedra-
lem sedem, ac prærogatiuam adiecit: immo quadringen-
tesimo post ruinam eius anno, postliminio in Fabianam
hoc est Wiennam retulit, anno tum à Christo nato cur-
rente 1360. Et ab eo tempore, qui paulo ante parochi erant,
Præpositi deinceps nuncupati sunt, prædiorum Ecclesie
quorundam aucti atq; ornati.

*CATALOGVS PRÆPOSITO-
rum Cathedralis Ecclesie Vvien-
nensis.*

Wernherus, primus præpositus Cathedralis Ecclesie
omnium Sanctorum ad diuum Stephanum Wienna, à
Rudolpho hoc nomine tertio Archiduce Austriae inaugu-
ratur, anno 1360.

Albertus à Garzio, siue de familia fuerit, siue parochus
eiusdem loci, præpositum Wiennae in omnium Sanctorum
Cathedrali templo egit, anno salutis 1370.

Berchtoldus, præpositus wiennensis anno 1381.

Antonius, præpositus Wiennensis anno 1400.

Vvilhelmus Tuers, de nobili Austriae prosapia, anno
salutis 1412. præpositum Vviennensem egit Cate-
dralis ad diuum Stephanum, siue omnes Sanctos tem-
plum.

Albertus Comes à Schaunburg, præpositum egit an-
no 1440.

Iodocus Hansner, I. V. doctor, præposituram wiennens-
sem administravit 1460.

A quo tempore, Friderici tertij hoc nomine Austriae Ar-
chiducis, & in Imperio postea quarti auspicio & ductu
præpo-